

Amand Christian Dorn


**Ordinis Juridici In Academia Christian-Albertina Decanus, D. Amand. Christian. Dorn, Regiæ Celsitudini A Consiliis Cancellariæ ... Dissertationem Inauguralem Viri Clarissimi, Joach. Christoph. Ungnade, Röbelensis Megapolitani, Qua Singlularia Querelæ Testamenti Inofficiosi Capita, Tam Quoad Jus Romanvm Qvam Germanicvm, Ab Erroribus Doctorvm Vindicantvr ... Die [] Novemb. Anno MDCCXL. ... Solenniter Habendam Prævia Decenti Invitatione Indicit, Præmissa Disquisitione: An Contra Testamenta Principum Querela Inofficiosi Locum Habeat?**

Kiliæ: Literis Godof. Bartschii, 1740

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698013000>

Druck Freier  Zugang





H. K. — 2 (18.)

- 1) Differentiae iur. civ. et canon. subiuncta praxi moderna, methodo institutionum strictim propositae.
- 2) Donn (Amand. Christ.) Dissq. an contra testamenta principum querela inofficiosi locum habeat?
- 3) Eiusd. singularia querelae testamenti inofficiosi capita, tam secundum iur. Rom. quam Germ. ab erroribus doctorum vindicata.
- 4) Engau (Jo. Rud.) de poenis in tutore petendo negligentium.
- 5) Eiusd. progr. de librorum, quos Erb-Liifer p. dicere solemus, forma, continuatione, renovatione, fideq. varia.
- 6) Friesen (Jo. Bern.) de iuriiurandi natura.
- 7) Fritschii (Ahasv.) tr. de iure hortorum, conventionone, et compascuis non Garten- und Zaun-Kust, Roggen- und Quadra-Jagden, it. Roggen-Kusthan.
- 8) Eiusd. tract. de iure et statu suburbiorum, non Vor-Ordn. Kust.
- 9) von Schren (Reinhold Reinhard) Diss. de restitutione in integrum contra sententias summorum imperii tribunalium, in specie Conclusa excelli consilii imp. aul. processuum appellationis Denegatoria.
- 10) Serdes (Frid.) de evrematicis seu strategematibus iuris, vulgo non iurispisum Lindgum.
- 11) Lafey (Ad. Frid.) de iurisdictione voluntaria extra territorium non exercenda, occas. L. 2. ff. de offic. proc.
- 12) Hering (Matth. Bern.) de retentione in deposito licita.
- 13) Eiusd. Diss. de non admittendo post usum articulorum positionalium iure iurando iudiciali.
- 14) Eiusd. Diss. de retentione in securitatem dotis permessa.
- 15) Eiusd. Diss. de computanda legitima matris in concursu cum germanis praeteritis.
- 16) Eiusd. Diss. de remissione conductori ob luem pecorum grassantem concedenda.
- 17) Eiusd. Diss. de iudice ad examen testium in perpetuam rei memoriam, appellatione interposita, competente.
- 18) Hertel (Jo. Frid.) de iure molendinorum pneumaticorum, non dum Kusthan und Windmüllern.
- 19) Hildebrand (Fel. Henr.) de probatione per stemmata genealogica, sive non Baronis dings Stammbuchum und Geschlecht. Register.
- 20) Hildebrand (Henr.) de diversitate lapidum finalium eorumq. iure, non Ueberwind dms Gränz- und Markt-Ordnung und dms Befugnis.
- 21) Hilliger (Sigion. Gotth.) de actionibus occasione ludi competentibus vel non.
- 22) Hoeft (Geo. Jac.) de virgine stuprata a stupratore non dotanda.
- 23) Hoffmann (Christ.) de immunitatibus litteratorum.
- 24) Hoffmann (Conr. Phil.) schediasma de aetate iuvenili, contrahendis sponsalibus ac matrimoniis idonea, sive non iungum Luiba Hengrassan, ut et de annis, quibus quis sub poena matrimonium inire tenetur, sive non Befragung Antmelaßnung Hengrassan.



ORDINIS JURIDICI  
IN  
ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA  
DECANUS,  
**D. AMAND. CHRISTIAN. DORN,**  
REGIÆ CELSITVDINI A CONSILII CANCELLARIÆ, IURIS GERMA-  
NICI ATQVE ROMANI PROFESSOR ORDINARIVS,  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
VIRI CLARISSIMI,  
**JOACH. CHRISTOPH. UNGNADE,**  
RÖBELENSIS MEGAPOLITANI,  
SINGVLARIA  
**QUERELÆ TESTAMENTI  
INOFFICIOSI**  
CAPITA,  
TAM QVOAD IVS ROMANVM QVAM GER-  
MANICVM, AB ERRORIBVS DOCTO-  
RVM VINDICANTVR,  
*PRO LICENTIA*  
SUMMOS IN JURE PRENSANDI HONORES  
DIE NOVEMB. ANNO MDCCXL.  
IN AUDITORIO MAIORI  
HORIS ANTE ET POSTMERIDIEM CONSVETIS  
SOLENNITER HABENDAM  
PRAEVIÀ DECENTI INVITATIONE INDICIT,  
PRÆMISSA DISQUISITIONE:  
**AN CONTRA TESTAMENTA  
PRINCIPUM QUERELA INOFFICIO-  
SI LOCUM HABEAT?**

KILLÆ, LITERIS GODOF. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.

**Q**uemadmodum testamentum inofficiosum audit, in quo personæ eo casu, quo iis debetur legitima, contra officium pietatis sunt exclusæ, & legitima iterum dicitur portio hæreditatis ex præscripto legum certis personis relinquenda: ita hinc pro-na fluit consequentia, eos, quos non tenet obligatio ex præscripto legum actiones suas instituendi, neque ad legitimam relinquendam esse obstrictos, neque eorum inde testamentum vocari posse inofficiosum. Legis nomine vero cum tantum non omnibus veniat præscriptum imperantis, cui parentes actiones suas conformare tenentur, parentes saltem non Imperantes tenet vinculum obligationis ex præscripto legum agendi & hinc non imperantes sed parentes solum legitimam in casibus a lege determinatis relinquere sunt obstricti, atque porro horum non illorum testamentum dici potest inofficiosum. Qua in allegatione vero sc. testamentum esse inofficiosum cum consistat querela testamenti inofficiosi, & testamentum inofficiosum, tanquam causa, producat querelam inofficiosi, tanquam effectum, hæc locum habere non potest contra testamentum imperantium, sed saltem eorum qui parent, utpote cum priorum testamenta nunquam sint inofficiosa, ut modo demonstratum, & hinc sublata causa tollatur effectus. Quodsi ergo sub nomine Principum intelligamus illos, qui suo jure aliorum voluntates ad communem Reipubl. finem obtinendum, nisi quatenus pacta forsan obstant, regnando regunt, quosque Imperantes vocamus, *Principes tales regnantes*, quocumque etiam veniunt nomine, *neque ad legitimam relinquendam tenentur, (a) neque eorum testamentum dici*

(a) Est quidem nonnullorum Virorum Consultissimorum ac eruditionis fama præstantium ea opinio, legitimam esse juris naturalis placitum. Unde sequi videtur, non minus summos Imperantes, utpote qui legibus Juris N. & G. non sunt soluti, ad legiti-

dici meretur inofficiosum, neque adeo querela inofficiosi testamenti eorum impugnari possunt. (b) Principes Imperii nostri Germanici regnantes suo jure civium voluntates ad communem Reipublicæ finem obtinendum regunt, nisi quatenus

( 2

ob-

mam relinquendam teneri ac privatos. Verum enim vero falsum cum sit prius, etiam ea, quæ se in eo fundant, sponte corrumpere debent. Est siquidem legitima certa atque definita hæreditatis portio nonnullis hæredibus ab intestato ex præscripto legum relinquenda, adeoque superiorem, qui eam definiat, requirit. In statu autem naturali homines nullum neque superiorem neque inferiorem agnoscunt, nec ullam sibi legem præscribi patiuntur; quo igitur pacto parentes in statu naturali considerati legum positivarum placita, & definitam per hæc placita legitimæ portionis summam agnoscunt? Et si legitima esset Juris N., qua quæso ratione Romanis licuit militibus dare privilegium, ne liberis suis legitimam relinquere essent obstructi? Qui fieri potest, ut ex bonis feudalibus neque filia eam prætereant, & si jus primogenituræ introductum, neque postgeniti? Quo jure denique in potestate Romanorum fuit, eam toties quoties mutare, augere & diminueri? cum jus N. omnis mutationis sit expers. Sunt equidem qui idcirco distinguendum existimant inter legitimam materialiter & formaliter consideratam, & hanc Juris Civ. eam vero juris N. esse putant. Verum ille conceptus legitimæ aut talis est, ut ejus existentiam jure N. iterum demonstrare non possint, aut confunditur legitima cum alimentis, quæ tamen maxime differunt, utpote cum, ut cetera silentio præteream, hæc se fundent saltem in obligatione nutriendi & conservandi prolem suam, & hinc non debeantur, nisi iis liberis, qui se ipsos nondum exhibere possunt, legitima vero omnibus indistincte liberis salva sit relinquenda: In quantitate porro alimentorum decernenda respiciatur semper, quot opus habeant ad sui conservationem; Legitima vero simpliciter præstetur, sive sufficiat ad alimenta sive non, ea vel superando vel non attingendo, vid. HOTTOMANN. de quarta legitima c. 1. §. 4. III. LEYSERVS in Medit. ad ff. Spec. 91. M. 3. & III. CAR. OTT. RECHENBERG de eo quod legit. sit jur. Civ. §. statuto plane tolli possit.

(b) Sed quid, inquis forsitan Lector benevole, movetur quæstio, an contra testamenta principum regnantium querela inofficiosi locum habeat? Cum de justitia actionum summorum imperantium non nisi ex Jure N. & G. judicare possimus, hoc vero testamenta plane ignoret, uti EDMUNDVS MERILLIVS Obs. L. 6. c. 25. HENR. COCCEJVS in Diss. de testam. Princip. CHRIST. THOMASIVS de Origine success. testament. & alii Viri eruditi testantur, & sic de non ente disceptetur. Ast cum me, inclusum cancellis Programmatibus



obstant pacta imperii & provincialia; (per exper. & princ. Jur. publ.) Sunt ergo Imperantes, adeoque omnibus aliorum Imperantium Principumque juribus gaudent, nisi forsan ex pactis Imperii aut provincialibus probetur restrictio. (c) Quæ vero cum de testamentis a Principibus ad normam legum privatarum condendis taceant, atque aliorum Imperantium testamenta a querela inofficiosi sint immunia, *neque contra testamenta Principum Imperii regnantium* (d) *querela inofficiosi locum habere potest, etiamsi iis personis, quibus alias debetur legitima, eam non reliquerint.* (e)

Qua inauguralis, hanc quæstionem in medio relinquere oporteat, fingas Tibi tales ultimarum voluntatum dispositiones, quæ confidentibus omnibus & tuo ipso iudicio jure Gent. sunt validæ, veluti si hæres de eo certior factus liberalitatem testatoris eo vivo acceptaverit &c. Aut substituas loco testamenti donationes, venditiones aliaque pacta, quibus læditur legitima, quæque notorie in summos Imperantes cadunt, & ad minimum hisce in casibus, cum, posita eadem ratione, ponatur etiam id, quod propterea potius est vel non est, non inutilem fore hanc pertractationem concedes.

(c) Indignatur quidem huic conceptui imperitorum turba, sed gerræ sunt prætereaque nihil, id quod & art. 8. Instr. Pac. Westph. clarissime docet, & aliis ex LL. observantiaque imperii desumptis argumentis feliciter ostenderunt personatus RELFENDSO *de summa Princ. German. potest. c. 3.* CÆSARINVS FVRSTENERIVS *de supremata.* GOTTL. GERH. TITIVS *de habit. territ. Germ. §. 29. sequ.* CHRIST. THOMASIVS *de iniusta oppos. jur. Majest. super. territ. & reservat. Imper.* JOH. PHIL. SCHLEVOGT *de jure recipiendi provocat. ex superior. territ. oriund. c. 1.* & quem primo loco nominare debuissim Perill. Dn. de WESTPHALEN, Cuius in orbem literatum & me merita nulla unquam delebit oblivio *in elegantissimo opusculo, de genuina origine Potentatus Principum in Imper. S. R. G. §. 5. ibique not. eruditiss.*

(d) Dari etiam in Germania Comites, qui suo jure civium voluntates ad communem Reipublicæ finem obtinendum regunt, tam notum est, quam quod notissimum. vid. WILH. FRID. PISTORII *Historische und Juristische Anmerkungen über allerhand den Ursprung, Historie und Vorrechte derer des Heil. Röm. Reichs Grafen betreffenden Materien.* Quam ob causam de his quoque valere id, quod de principibus regnantibus est demonstratum ob eandem ubique rationem, per se patet.

(e) Non me quidem fugit, Doctores tantum non omnes in ea hærrere sententia, causas Principum Imperii privatas ex jure Roma-

V

Qua propositione jam demonstrata atque cum posita eadem ratione, ponatur etiam illud, quod propter eam potius est, vel non est, sequitur, nullam hic esse statuendam differentiam, sive de bonis mobilibus ita disposuerit Princeps, sive

X 3 de

no esse decidendas, illud inter ipsos Imperii Principes majorem habere autoritatem, quam eorum subditos, clamitantes, & sic etiam solennitates testamentorum tam internas quam externas ab iisdem, imprimis si inter duos Imperii Principes de testamento sit, necessario esse observandas, adeo ut neque absque numero testium legitimo testari, neque pro parte testati & intestati decedere, neque liberis sine proprio testamento aut etiam post pubertatem directo substituere, neque eos silentio præterire possint, sed vel eosdem instituere vel exheredare ex causa in legibus determinata secundum formam præscriptam debeant, nisi, ut testamentum suum tanquam inofficiosum impugnetur, velint. LVD. HVGO *de statu region. German. c. 6. §. 11.* RHETII *Jus Publ. L. 1. T. 1. §. 90.* FACULTAS JURID. WITTEBERGENSIS apud CASP. HENR. HORNIVM *in Jurispr. feud. in Append. n. 8.* ULR. OBRECHT *de usu Jur. Civ. in decidend. controvers. publ.* GEORG. ENGELBRECHT *de usu Jur. Rom. in jure publ. Rom. Germ. hujusque variis controvers. decidend.* N. C. L. B. de LYNCKER *de fontib. Decis. illustr.* HENR. KLUGKIST *de Autorit. legum Roman. in Jurispr. publ.* JOH. JAC. HELFFERICH *de Jurispr. Princip. Ordinumque Imperii privata §. 26. seqq.* HVLD. EYBENIVS *de Testament. Princip. vel Comit. th. 18. seqq.* JOH. ANDR. PESTEL. *de Testament. Personar. Illustr. §. 27. seqq.* JOH. GEORG. MVHLHAVSEN *de Testament. Princip. Sect. 3.* HENR. COCCEJVS *de Testament. Princip. P. II. §. 8.* EBERH. SIGISM. WINCOP *de eo quod circa Princip. Imper. disposit. testam. justum est.* Ast cum leges Romanas esse positivas res ipsa loquatur, & leges positivæ non habeant vim obligandi, nisi quatenus superior illud declaret, leges Romanas autem ea tum intentione in Germania receptas, ut normæ instar essent, quibus ipsi Imperii Principes inter se vellent atque deberent obligari, aut controversias suas atque actiones definiri, nulla unquam lege aut publica conventionem, qua id factum, probari possit, in privatis Imperii Principum causis dijudicandis, nulla Juri Romano tribuenda autoritas, egregie prorsus hanc in rem Serenissima Domo Ducali Saxonica ratione causæ Juliacensis disserente: *Dass die Chur-Fürsten und Fürsten des Reichs als Personæ publica denen Privat-Gesetzen keinesweges unterworfen, vid. Apolog. der zwey Schrifftren so anno 1609 von den Chur- und Fürstl. Häusern Sachsen ausgegangen p. 8.* & CARPZOVIVM *P. 2. Const. 35. Def. 25. n. 10.* Quo etiam pertinent, quæ Principes Electores rectissime responderunt FERDIN. II. apud LONDORP. *T. 1. L. 1. n. 36.* *Es hätte mit Chur-Fürsten und Ständen des Reichs eine andere Be-*

## VI

de bonis immobilibus, modo non sint ejus indolis, quæ per leges delati Imperii, constitutionem fideicommissi, qualitatem feudalem (f) aut alio modo facta inalienabilia: five dein liberi, qui se gravatos putant, sint legitimi five illegitimi: five filii, five filia: five jam nati, five nascituri:

five

*wandruß, als mit andern Gliedern und Unterthanen.* Quanquam enim, quoties summi Imperii Principes inter se vel cum suis aut extraneis subditis concertant, toties causæ hæc ad suprema imperii judicia devolvantur, hæc vero pronunciare debeant vi Ordinationis Cameralis & Recessuum Imperii *nach den gemeinen Rechten*, quo nomine Jus Romanum sine dubio venit, id tamen saltem controversias eorum, quibus hæc jura sunt præscripta, i. e. privatorum, de quibus hæc Imperii leges tantum loquuntur respicere potest, non ipsos Principes regnantes, aut inter se, aut cum subditis, tum suis tum extraneis concertantes, utpote quos iis juribus teneri nondum demonstratum, illis, qui in contrariam eunt sententiam, quod Principes iis teneantur, re vera supponentibus, & ex hoc præsupposito leges Imperii, Assesores summorum Tribunalium adstringentes, ut judicent *nach den gemeinen Rechten*, ita erronee interpretantibus, quasi de Principum regnantium controversiis hoc quoque esset intelligendum, vid. HENR. ERNEST. KESTNERVS *de Defect. jur. Commun. in Republ. Germ. Probl. 5.* JOH. WERLHOFIVS *de Usu Jur. Rom. in decid. controv. liber. gent.* FRID. GREGOR. LAVTENSACK *de inepta rat. decid. controv. Jur. Publ. ex LL. Roman. §. 48. seqq.* JOH. GEORG. de PONICKAU *de Conditione privat. statuum Imperii* & GRIEBNER *de Præjudic. Princip. Imper. ex abusu juris Justiniani.* Quid ergo miraris, me Principem imperii regnantem absolvere ab observatione solennitatum in legibus privatis testamenti præscriptarum, & eum ad legitimam personis, quibus alias debetur, relinquendam non teneri, adeoque nec ejusdem testamentum querela inofficiosi posse impugnari, me asserere? quod quidem quoad solennitates extrinsecas mecum fatetur GEORG GVILIELM LVTHERVS in *Dissert. de Testament. Princip. absque solennitat. valid. §. 8.* sed non probat.

(f) Est hæc quidem alias lis maxime contentiosa: An successorem in feuda S. R. I. alienationes eorum a Principe regente factæ teneant? quod ratione filiorum plurimi quidem argumento Juris Longobardici feudalis affirmant, invita vero Jurisprudentia Principum privata vi notæ præcedentis, & invita observantia imperiali, quod ostendit Ill. Dn. de LVDEWIG *in Opusc. de Obligat. successor. in Princip. & Clientel.* adducendo exempla, ubi vel consensu successorum alienationes peractæ, vel revocata fuerunt auctoritate Imperatoris & Imperii, quæ a parentibus alienata.

five porro intuitu primogenituræ introducendæ postgeniti forsitan eatenus sint læsi, (g) five alia ratione hoc contingat; si modo alimenta, ex usu & observantia imperii decernenda, semper iis salva maneant: (h) five denique clausula de non objicienda exceptione deficientis legitimæ adjecta sit five non. (i)

) 4

Ast

(g) Quoad hunc casum in specie dissentit. SAM. STRYCKIUS in *Diss. de casibus circa legitimam controu. Cas. 1.* sed frustra. Quamvis enim Celsissimum Judicium Imperiale Aulicum tunc in constituendo Apanagio mentionem facere soleat legitimæ & adhuc anno 1717 in causa Hohenloica decerneret: *Ob denen Postgenitis an der ihnen zustündigen Legitima durch diese Disposition auch ein Präjuditz zugefüget sey, genau zu untersuchen; nec non Anno 1730 Reverendissimo Bambergensium Episcopo committeret die Sache mit Inspicirung des Väterlichen Original-Testaments & Codicilli so denn Examinirung aer jährlichen sämtlichen Einkünffte, und der allenfalls daraus zu beurtheilenden Legitima recht gründlich zu untersuchen; in his ipsis conclusis tamen mandatur saltem, ut in inquisitione in facultates legitimæ ratio habeatur, unde læsis re vera legitimam esse per sententiam adjudicatam non magis consequitur ac si quis exinde, quod Dux JOH. WILHELMVS Saxo Ifenacensis Anno 1695 testamentum paternum tanquam inofficiosum impugnare sibi sumserit, eapropter, quod ipsi legitima non esset salva, concludere vellet; Ergo re vera contra Principum Imperii testamenta querela inofficiosi locum habet. Provoco potius ad tot exempla apud Collectores actorum publicorum ubivis obvia, ubi diserte legitimæ derogatum, & nihilominus, non obstante contradictione postgenitorum, confirmatio Imperatoris est insecuta. Conf. JCTOS WITTEBERGENSES apud HORNIVM in *Jprud. feud. in Append. n. 12.* JCTOS HALLENSES apud III. Dn. BOHMERYM *T. 1. Consult. & Decis. P. 2. Resp. 42.* & JCTOS COLONIENSES apud B. de LVDOLPH *de Jure primogenit. in Append. Fascic. 8. p. 54.* Ill. JOH. JAC. MOSER *de legitima statuum S. R. I.**

(h) Tantum vero abest, ut in iis postgeniti necessario hæredes sint instituendi vi not. sub lit. (e), ut potius, si nulla plane alimenta iisdem in testamento relicta, nullatenus tamen querela inofficiosi, utpote quæ semper supponit legitimam, sed simplex saltem petitio locum habeat: *Dass ihnen ein Standesmäßiger Unterhalt möge gereicht werden; quamvis Romanizantes sæpe auctores testamentorum Principalium sollicitè hanc egregiam, si Diis placet, cautelam adhibere soleant ad præcavendam inofficiosi querelam, ut in alimentis eos instituant hæredes,*

(i) Docet siquidem inspectio ocularis testamentorum Principalium;

## VIII

Ast cum non minus Principes sint, qui dignitate quidem principali gaudent, curam vero Reipublicæ ipsam regnando non gerunt, quæstio superest, annon horum etiam testamenta extra querelam inofficiosi sint posita? Id quod ego quidem negandum esse puto. Neminem scilicet fugit, esse Rempublicam societatem, qua plures ita uniuntur, ut vel unius aut alterius voluntati, vel uni concilio obtemperent, quo eo efficacius omnium una voluntas operetur. Ex quo autem cum elucescat constituere Rempublicam societatem inæqualem imperantibus & parentibus constantem, non potest non fieri, quin quilibet in Republica degens vel ad Imperantium vel ad parentium classem ordinariæ sit referendus. Jam vero cum istos Principes, qui dignitate quidem principali gaudent, curam vero Reipublicæ ipsam regnando non gerunt, vi definitionis, Imperantium classi adscribere non possimus, parentibus potius illi sunt accensendi. Parentes autem legitimam in casibus & personis a legibus determinatis relinquere tenentur, aut testamentum ab iis conditum querela inofficiosi rescinditur per superius deducta. *Contra testamenta Principum igitur, qui principali quidem dignitate gaudent, curam Reipublicæ autem ipsam regnando non gerunt, querela inofficiosi in casibus a lege determinatis institui potest.* Quam ob causam, cum I) parentes Domini territorialis, tam qui ante susceptum a

filio

factorum familiæ &c. esse hunc plerarumque curiarum morem, ut adjiciatur, *dass dawieder keine exceptio deficientis legitime statt finden, item, dass sie mit denjenigen, was ihnen zugetheilet, ob es schon geringer als die Legitima sich begnügen zu lassen schuldig, und desfalls ad complementum legitime zu klagen nicht befugt seyn sollen.* Verum autem est in Principum potestate, liberos ultra legitimam gravandi, aut non. Si hoc est in eorum potestate, clausula illa erit superflua: Si non est, neque clausula adjecta illud efficiet. Ponas enim clausulæ illi hoc casu tribui posse hunc effectum, & sequeretur Principes habere potestatem liberos ultra legitimam gravandi; quod tamen contradicit eidem hypothese assumptæ.

filio Imperium subditio nexu alii fuerunt obstricti, quam qui eidem territorio quondam Imperio præfuerunt, sed juri huic renunciaverunt, non reservata sibi exemptione a potestate civili, II) Conjux Principis Imperantis, sive illa sit maritus, sive uxor, (k) III) Liberi Domini territorialis non minus, qui sunt primi territoriorum hæredes *Cron- und Erb-Printzen*, quam reliqui, IV) Vidua Principis olim regentis, & denique V) Fratres, Sorores & reliquæ Personæ, qui principali quidem dignitate gaudent, non autem suo jure Reipublicæ curam gerunt, sive Imperanti arctiori propinquitatis vinculo sunt adstricti, sive non, eo ipso dum Reipublicæ curam suo jure non gerunt, imperantibus accenseri non possint & hinc necessario sint in numero parentium; (1) omnes illæ enumeratæ personæ legitimam iis; quibus debetur, relinquere sunt obstricti, (m) aut testamentum eorum alias est inofficiosum & hinc querela inofficiosi rescinditur, nisi forsan bona ab ipsis possessa ejus sint naturæ, vel per constitutionem vel per renunciationem facta ut ne illæ quidem personæ, quibus alias debetur legitima

(k) Contrariam sententiam defendit CHRISTIAN. SCHÖNIVS in singulari Consultatione; Cujus tamen argumenta explodit GEORG. FRANC. FRID. HELMERSHAVSEN in Tractat. de *subject. territ. person. Illustr. Edit. IIto.*

(1) Integrum tamen esse Imperanti hæc personas subditorum numero eximere, eosque libertate a civili potestate donare nullum est dubium; quo casu etiam ea, quæ fundantur in conditione harum personarum subdititia, cessant, & sic etiam libera erunt ipsorum testamenta a querela inofficiosi.

(m) Hoc agnovit FRIDERICVS WILHELMVS Dux Saxo Altenburgicus in Codicillis de anno 1688 inquires: *Ob uns zwar als hinterbliebenem Fürstl. Marito frey gestanden, nebst der Baarschafft und ausstehenden Schuld-Forderungen, auch die ansehnliche Pretiosa und alle Mobilia uns alleine zuzueignen, und unsern Fürstl. Kindern deren mehr nicht, als was auf obberegte unbewegliche Stücke zu Supplirung ihrer legitima, das ist des dritten Theils der samtllichen Verlassenschaft von nöthen, zuzuschreiben.*

X

ma, quidquam amplius ab intestato prætere-  
re possint. Sicuti in Domo Hassiaca vi pacti de Anno 1568 obtinet, ut  
filia ab hæreditate materna excludantur, si cum fratribus  
concurrant, & in pactis dotalibus Adolphi Friderici Du-  
cis Megapolitano-Strelitzensis & Johanna Ducis Saxo-Go-  
thanae de Anno 1702 legitur: *Dagegen soll die Fürstliche  
Braut Printzessin Johanna Hertzogin zu Sachsen Verzicht thun,  
wie es im Fürstl. Hause Sachsen gebräuchlich, und denen Väter-  
lichen, Brüderlichen und Vetterlichen Erbschafften und Anfäl-  
len nach der besonders abgefaßten Verzichts-Notul rennucii-  
en.* Cum enim hisce personis principalibus nequidem ab inte-  
stato quidquam debeat ex hæreditate materna vel colla-  
teralium, multo minus testamentum matris & reliquo-  
rum, in quo forsân sunt exclusæ, vel præteritæ, tanquam  
inofficiosum querela impugnari potest.

Verum enim vero cum hoc ulterius explicare partim  
termini Programmatis prohibeant, partim Dn. Candidatus  
ipse in Dissertatione sua auspicali illud attigerit, prope-  
randum saltem est ad id, cujus gratia ad scribendum ani-  
mum appuli. Superest scilicet, ut de vita studiorumque im-  
primis ordine, quem

CLARISSIMUS

SVPREMORVM IN IVRE HONORVM  
CANDIDATVS,

JOACHIMUS CHRISTOPHORUS UNGNADE,

coluit, ex tradita a Majoribus consuetudine quædam per-  
sequamur. Est ille natus die VII. Nov. Anno MDCCXII.  
in urbe Megapolitana, cui nomen Rôbel est, Patre ad huc  
per Dei gratiam superstite Dno. JACOBO UNGNADE,  
Pharmacopola atque dictæ civitatis Senatore primo meri-  
tissimo; Matre vero, quæ inter cœlites jam agit, ANNA  
ILSABE GERLACHEN, H. GERLACHII Consu-  
lis quondam Rôbelensis meritissimi filia. Hi optimi Pa-  
ren-


rentes Candidatum nostrum statim ab incunabulis litteris consecrarunt, eumque in finem illum Scholæ Röbelensis publicæ crediderunt. Ast cum omnium rerum Moderatori sapientissimo placeret, ut tota fere civitas circa annum MDCCXXIV. igne consumeretur, manu ductioni Viri plurimum Reverendi Domini JOACHIMI OERTLINGII, Pastoris Vipperoviensis in Ducatu Mecklenburgico vigilantissimi, concreditus est, qui per aliquot annorum spatium in hoc suo discipulo erudiendo tantam adhibuit industriam, & in eo exornando tam propensam voluntatem, ut is nullum fore unquam tempus, nullumque diem, quo illorum beneficiorum fama ac memoria unquam apud ipsum moriatur, hac voce publice promittat. Hujus interim Viri opera fidelissimisque consiliis cum id consecutus esset, ut ad anteriorem litterarum cognitionem paulo liberior ipsi pateret aditus, *Gustrovium* concessit, ibique doctissima institutione Celeberrimorum Virorum & de Gymnasio Gustavoviensi meritissimorum Domini M. RICHTERI Rectoris, Domini SANDOVII Con-Rectoris, & Domini CRIVITZII Sub-Rectoris eos mox fecit progressus, ut anno MDCCXXX. ad *Rostochiensem* abiret *Academiam*, fasces tunc temporis tenente Viro Summe Reverendo Domino FRANCISCO ALBERTO ÆPINO SS. Theologiæ Doctore atque Professore Famigeratissimo, nec non Consiliario Consistorii Mecklenburgici splendidissimo, Fautore atque olim Hospite meo pie colendo. Posteaquam vero Juri operam dare constituisset, sibi eum in finem elegit Præceptorem ac Hospitem Beatum Dominum Doct. JAC. JO. LEMMIUM, Virum ad instillanda Juris Civilis Elementa natum factumque. Eum igitur non solum Elementa Juris Civilis, tam secundum ordinem Institutionum quam ff, explicantem bis aut ter, quod pulchrum est, audivit, sed ejusdem etiam recitationibus ad Jus Feudale




dale interfuit. Constituerat equidem deinde interjecto aliquo tempore superioris Saxoniae Musas salutandi, posteaquam vero a REGIA CELSITUDINE SERENISSIMO QUONDAM PRINCIPE AC DOMINO Rostochio clementissime essem evocatus, ut jura in hac Academia Christian-Albertina publice docerem, placuit Doctissimo Domino Candidato suum mutare consilium, & hanc potius Musarum sedem elegit, ubi, quod ceperat institutum, perficeret. Per duos itaque fere annos non hospitio solum meo usus est, sed etiam omnibus Praelectionibus meis ad quasunque Jurisprudentiae partes, tam privatim quam publice habitis, interfuit, imo non interfuit solum, sed nexum thesium in collegio demonstratarum earumque rationes secum privatim volutando, objectionesque inde sibi mihiq; formando illud est consecutus, ut si quis unquam, hic sane, quae percepit, insuccum & sanguinem, quod ajunt, verterit. Unde non potuit non fieri, quin, cum ab Ordine nostro peteret, ut ad examina, pro Licentia summos in Jure consequendi honores, sustinenda admitteretur, non solum textus ipsi ad elaborandum propositos felicissime enodaret, sed & quaestiones maxime intricatas docte dissolveret, adeo ut dignissimus judicaretur, qui dissertationem suam inauguralem, qua *Singularia Querela Testamenti inofficiosi capita, tam secundum Jus Romanum quam Germanicum, ab erroribus Doctorum vindicavit*, publice defenderet. Quam ob causam, ut hunc actum solemnem, cui dies .Nov. est praestitutus, omnes omnium Ordinum Proceres Illustres atque Honoratissimi, Civesque Academici Generosi & Nobilissimi sua praesentia reddant illustriorem, ea, qua oportet, observantia, quaque decet humanitate, rogo atque contendo. P. P. Kiliae die  
XXIII. Octob. MDCCXL.

(L. S.)









interfuit. Constituerat equidem deinde interjecto ali-  
tempore superioris Saxoniae Musas salutandi, postea-  
vero a REGIA CELSITUDINE SERENISSIMO  
DAM PRINCIPE AC DOMINO Rostochio cle-  
essem evocatus, ut jura in hac Academia Chri-  
na publice docerem, placuit Doctissimo Do-  
to suum mutare consilium, & hanc potius Mu-  
fa. Regit, ubi, quod ceperat institutum, perface-  
ret. que fere annos non hospitio solum meo  
usus omnibus Praelectionibus meis ad quas-  
cunque partes, tam privatim quam publice  
habitis, non interfuit solum, sed nexum the-  
sium in com- ratarum earumque rationes secum  
privatim vol- ronesque inde sibi mihi que for-  
mando illud el- ut si quis unquam, hic sane, quae  
percepit, infucc- m, quod ajunt, verterit. Unde  
non potuit non fieri. b Ordine nostro peteret, ut  
ad examina, pro Lic- an Jure consequendi hono-  
res, sustinenda admitt- um textus ipsi ad elabo-  
randum propositos felie- ret, sed & quaestiones  
maxime intricatas docte- adeo ut dignissimus  
judicaretur, qui dissertatione figuralem, qua *Sin-*  
*gularia Querela Testamenti in* am secundum Jus  
*Romanum quam Germanicum, ab* rum vindicavit,  
publice defenderet. Quam ob- ne actum so-  
lennem, cui dies . Nov. est pra- es omnium  
Ordinum Proceres Illustres atque H- Civesque  
Academici Generosi & Nobilissimi sua- dant il-  
lustriorem, ea, qua oportet, observat- decet  
humanitate, rogo atque contendo.

XXIII. Octob. MDCCXL

(L. S.)

